

XLIII. IDEM Ferrarien. Episcopo. [c. an. 1214. Romā in Insulriam.] Excommunicatis & interdictis predicari potest licite verbum Dei. Hoc primo. Et tempore generalis interdicti concedi potest baptisimus & christinatio in fronte, & penitentia morientium. Hoc dicit secundo.

Cap. 16. eod. tit. in 111. Compil. Vide Joann. Calder. tract. de interdict. memb. 6. q. 4.

RESPONSO 44 nostro postulas edoceri, an cum Ferrarien. cives excommunicationis & interdicti sententiis sint ligati, liceat tibi viros & mulieres semel in hebdomada, vel in mense apud aliquam Ecclesiam convocare, quibus predicis verbum Dei, & eisdem ad correctionem inducas. Super quo respondemus, quod sine scrupulo conscientie hoc facere poteris, cum videris expedire: dummodo contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur. Præterea quævisisti cum Ferrarien. Civitas sit interdicto supposita, & ideo sint ibidem, præter baptismum parvulorum, & penitentias morientium, universa Sacramenta Ecclesiastica interdicta, an licet tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quod respondemus, quod sicut baptizari possunt pueri, sic & baptizati ad Confirmationem in frontibus à te possunt sacro chrismate deliniri.

PITH. 44 Responsio.] Bergomat. pag. 308.

XLIV. IDEM. [c. an. 1214. Romæ.]

Si conjux sit pro certo impedimentum matrimonii, non debet reddere debitum, sed potius excommunicationem pati: si autem hoc credat ex causa probabili & discreta, potest reddere debitum, non autem exigere, sed si ex levi & temeraria causa, deposita conscientia, potest reddere & exigere.

C. 17. eod. tit. in 111. Compil. Vide Doct. Theolog. lib. 4. sent. Dist. 32.

INQUISITIONI tuæ respondentes, credimus distinguendum, utrum alter conjugum pro certo sciat impedimentum conjugii, propter quod sine mortali peccato non valet carnale commercium exercere, quamvis illud apud Ecclesiam probare non possit, an non sciat pro certo, sed credat. In primo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter suscipere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In secundo distinguimus, utrum habeat conscientiam hujusmodi ex credulitate levi & temeraria, an probabili & discreta: & quidem ad sui Pastoris consilium, (conscientia levis & temerarie credulitatis explosa) licite potest non solum reddere, sed exigere debitum conjugale. Verum cum conscientia pulsat animum, ex credulitate probabili & discreta quamvis non evidenti & manifesta: debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne in alteruto, vel contra legem conjugii, vel contra iudicium conscientie committat offensam.

PITH. 45 Excommunicationis sententiam suscipere. Vide cap. 13. sup. de rebus. Spoliat. 46 Sed exigere debitum conjugale.] Cap. 2. sup. de secund. nupt.

XLV. IDEM. [c. an. 1214. Romæ.]

Per dimissionem habitus & tonsuræ, non perdit Clericus ante trinum monitionem privilegium Clericale.

Vid. Clem. 1. & 2. De vita & hon. Cler. & Bern. Diaz. in Pra. Crim. c. 69. § 70. § al. de Clericatu. 2. Dicitio, enim, non est in privilegio antiquo eod.

Contingit interdum: Et infra. Sanè sicut accepimus insinuante Comite Flandren. in Diocesi tua quidam existunt, qui nec in modo tonsuræ, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negotiorum de Clerico quicquam ostendunt, ad pœnæ subterfugium se Clericos exhibentes; cum enim super excessibus, quos seculari luxu committunt, ad publica iudicia pertrahuntur, circumcisi crinibus, ut possint circumvenire vindictam, pro Clericis se repræsentant, Clericalis fori privilegium labiis allegantes, qui factis paulo ante negaverant Clericatum: Et infra. Verum quia privilegium meruit amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, ac frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem: volumus & mandamus, ut tales si tertio à te communiti seiplos contempserint emendare, illius efficiantur à immunitatis exortibus, quæ pro Clericorum tutela, & Laicorum violentia coercenda dignoscitur instituta.

XLVI. IDEM. [c. an. 1214. Romæ.]

Ab excommunicati denunciantione repellitur, qui non pramonuit, & ei communicavit.

Cap. 2. eod. tit. in 11. Compil. Vide quod notat Joann. Calder. tract. de interd. Eccl. memb. 6. q. 4.

IN præsentia dilecti filii: Et infra. Nec Canonici suo Decano excommunicationem possunt objicere. Cùm fuerit hoc nec communis, nec impeditus fuerit: nec ipsi propter hoc eum duxerint evitandum, sed Episcopus in mensa, & Canonici 47 communicaverint ei etiam in divinis. PITH. 47 Episcopus in mensa & Canonici, &c. Vide Ivon. Epist. 123. & 194. Gregor. Turon. Jus Francicum de recipiendo in mensa excommunicato.

XLVII. IDEM. [c. an. 1214. Romæ.]

Excommunicatus est dolose permittens Clericum percussu, ex quo poterat prohibere, & non prohibuit.

Cap. 3. eod. tit. in 11. Compil. Vide Navarrum in Manuali Consess. cap. 24. num. 20. & seq.

Quantæ presumptionis & temeritatis existit in Rectores Ecclesie manus injicere violentas: [Et infra.] Ne autem solos violentie hujusmodi auctores aliquorum præsumptio existimet puniendos, factientes & consentientes pari pœna plectendos Catholica condemnat auctoritas. Eos

delinquentibus favere interpretatur, qui cum possint, manifesto facinorosi desunt obviare.

In Evangelio Dominus protestatur, qui se in Ministris suis asserit flagellari: Apostolorum Principi alibi perhibuit se iterum crucifigi. Hoc etiam qualitas pœnæ manifeste declarat, cum excommunicationis sententia in ipso actu feriat delinquentes, si non solum in Fratres nostros & Coepiscopos, & etiam minoris Ordinis Clericos violentiam præsumpserint operari.]

XLVIII. IDEM in Concilio Generali. [an. 1216.]

Prelatus excommunicare non debet subditum, nisi competentis monitione præmissa, & ex causa manifesta & rationabili: & contra facienti imponitur pœna hic expressa. Item punitur subditus, qui falso conquisitor se excommunicatum injurat: & subicit quid juris, si Prelatus dicens se errasse, eum excommunicatum absolvere: & adversarius appellat non absolvatur.

Acro approbante Concilio 48, prohibemus ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competentis admonitione præmissa, & personis præsentibus idoneis, per quas si necesse fuerit, possit probari monitio, promulgare præsumat: quod si contra præsumpserit, etiam si iusta fuerit excommunicationis sententia, ingressum Ecclesie per mensem unum sibi noverit interdictum, aliā nihilominus pœnā multandus, si visum fuerit expedire. Caveat etiam diligenter ne ad excommunicationem ejusquam abique manifesta & rationabili causa procedat: ad quam si taliter forte processerit, & requisitus humiliter processum hujusmodi non curaverit abique gravamine revocare, gravatus apud Superiorem deponat de injusta excommunicatione querelam: qui, si abique periculo moræ potest, ad excommunicatorem illum cum suo mandato remittat, intra competentem terminum absolvendum: alioquin ipse per se vel per alium, pro videri expedire, sufficienti cautione recepta, munus ei absolutionis impendat. Cùmque adversus excommunicatorem de injusta excommunicatione confiterit, excommunicator condemnatur ad interesse excommunicato, aliā nihilominus, si culpe qualitas postulerit, Superioris arbitrio puniendus; cum non levis sit culpa tantum infligere pœnam infanti; nisi forsitan erraverit ex causa probabili, maxime si laudabilis opinionis existat.

Verum si contra excommunicationis sententiam nihil rationabile fuerit à conquerente probatum, idem & super injusta excommunicationis molestia, per pœnam ad interesse, vel aliā secundum Superioris arbitrium condemnatur: nisi forsitan & ipsum probabilis error excuset, & super eo, pro quo fuerit iusta excommunicatione ligatus, per cautionem receptam satisfacere compellatur, vel in pristinam reducatur sententiam, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observandam. Si verò Judex suum recognoscens errorem, paratus sit talem revocare sententiam, & is, pro quo lata fuerat, ne abique satisfactione revocaret illam, appellet; appellationi non deferat in hac parte, nisi talis sit error, de quo merito debet dubitari: & tunc sufficienti cautione recepta, quod coram eo, ad quem appellatum extiterit, vel delegato ab ipso jure parabit, excommunicatum absolvat: sicque pœnæ præscriptæ minime subjacebit, cavens omnino ne voluntate perversa in alterius præjudicium mentiarum errorem, si districtionis Canonice vult effugere ultionem.

PITH. 48 Sacro approbante Concilio, &c.] Hujus Constitutionis mentio est in cap. 61. in fin. sup. de appellat. In Cantiano libro, & alia recentioribus ita: idem super iusta excommunicationis molestia, &c. sed in Concilio constanter legitur ita: idem & super injuncta.

XLIX. HONORIUS III. Episcopo Bononiensi. [c. an. 1224. Romā in Flaminiam.]

Excommunicat Hereticos, & quoscumque violatores Ecclesiasticæ libertatis.

NOVERIT fraternitas tua 49: [Et infra.] Excommunicamus omnes Hereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, & fautores, & receptatores, & defensores eorum: necnon & qui de cetero servari fecerint statuta edita & consuetudines 50 introductas, contra Ecclesiasticam libertatem, nisi ea de Capitularibus suis intra duos menses post hujusmodi publicationem sententiæ fecerint amoveri. Item excommunicamus Statuarios, & Scriptores statutorum ipsorum, necnon Potestates, Consules, Rectores & Consiliarios locorum, ubi de cetero hujusmodi statuta & 51 consuetudines editæ fuerint vel servate: necnon & illos qui secundum ea 52 præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

Quod nos in Basilica 53 Principis Apostolorum, præsentis charissimo in Christo f. n. Federico illustri Romano Imperatore & semper Augusto, in celebratione Missarum postquam capiti ejus imposuimus diademam, de cons. Fra. n. accensis candelis excommunicavimus.]

PITH. 49 Noverit Fratemitas tua.] Hiltor. Bolon. ann. 1226. Vigner. pag. 238.

Consuetudines.] V. C. addit: vel etiam potius abusivitas. 51 &c.] vel. 52 Secundum ea.] V. C. addit, Capitula. 53 Basilica.] Casja.

L. IDEM Magistro & Fratribus Hospitalis Hierosolymitani. [c. an. 1224. Romæ.]

Frater Hospitalis Hierosolymitani excommunicati pro injectione manuum in Clericum seu Confratrem, absolvi possunt per eorum Priorem, nisi excessus fuerit difficultis & enormis.

Vide Henric. Boich. in Ca. 4. no. 2. & in c. Cùm illorum. sup. eod. tit.

Canonice constitutione cavetur 54, quod Monachi & Canonici Regulares quocumque modo se perculserint 55, non sunt ad Apostolicam Sedem 56 mittendi, sed secundum discretionem & providentiam sui Abbatis disciplinæ subdantur, quod si Abbas discretio ad eorum correctionem non sufficiat, providentia est Dioec. Episcopi adhibenda, nisi excessus difficultis fuerit & enormis, propter quem merito ad Eccl. Ro. sit recursus habendus. Nos ergo ad vos statutum hujusmodi duximus extendendum auctoritate præstatente, ut in tali casu, nisi majoris sit providentia requiranda, per Priorem vestrum, qui, sicut audivimus, Presbyter esse debet, Fratribus vestris absolutionis beneficium impendatur.

PITH. 54 Canonice constitutione cavetur.] cap. 9. sup. de vit. & honest. Cleric. & cap. 2. sup. 55 Quocumque modo se.] V. C. addit: in Clausura. 56 Apostolicam Sedem.] In V. C. Curiam Romanam.

L. IDEM Titulo Sanctæ Praxedis Presbyteri Card. Apost. Sed. Leg. [c. an. 1224. Romæ.]

Excommunicatus vel suspensus absolvi non debet, nisi prius juramento præstito: si tamen sine scandalo juramentum haberi non potest, poterit fieri absolutio per manuales promissionem.

Vide Pano. in c. Cùm de. sibi. Henricum. Boich. dist. 3.

Uper eo 57 quod Monachi Græci & Eremitæ propter inobedientiam sententiæ suspensionis & excommunicationis ligati, nolunt ad mandatum Ecclesie, nisi per manuales promissionem redire. Hoc tibi duximus respondendum, quod si nullatenus possunt induci ad præstandum iuxta formam Ecclesie juramentum, ipsos hac vice cum promissione poteris recipere manuali: cùm interdum, considerationis locorum & temporum qualitatibus, severitati sit aliquid detrahendum.

LII. IDEM Bituricens. & Carnoten. Decani, & Subdiacone Arelaten. [c. an. 1225. Romā in Galliam.]

Cùm de viribus sententiæ dubitatur, potest qui absolvi ad cautelam juramento præstito.

Venerabili Fratre nostro Cenomanen. Episcopo, & Procuratore Turonen. Archiepiscopi, in nostra præsentia confirmatis pro quadam suspensionis sententia in præfatum Episcopum ab eodem Archiepiscopo promulgata: nos sententiam relaxavimus 57 ad cautelam ipso Episcopo in præsentia dicti Procuratoris præstante corporaliter juramentum, quod parabit mandatis que idem Archiepiscopus sibi propter hoc fecerit, si confiterit ipsum in eo, pro quo fuit lata prædicta sententia culpabilem existit.

PITH. 57 Sententiam ipsam relaxavimus.] V. C. addit: de gratia.

LIII. IDEM Episcopo Senen. [c. an. 1225. Romā in Galliam.]

Excommunicantur Officiales locorum, in quibus sunt statuta contra Ecclesiasticam libertatem, nisi ea deleri fecerint: & statuarii feudis Ecclesie sunt privati.

Præter Doctores hic & in c. Noverit. sup. eod. tit. Vide Legistas in Constit. Casja. C. de Sacros. Eccl. 1. subiacet.

Gravem 58 venerabilis f. n. Pifani Archiepiscopi receptis nos questionem, quod quidam cives Pifani deputati à Potestate ac populo ad statuta civitatis edenda, in derogationem Apostolicæ Sedis, & subversionem Ecclesiasticæ libertatis edere præsumpserint, quod si quis Clericus vel Laicus contra quemcumque Laicum Pifani districtus, ad iudicium Ecclesiasticum literas Apostolicas impetraverit, in mille solidis, nisi renunciaverit literis, condemnatur, nec reditus possessionum suarum reddantur eidem, vel agri excolantur illius, sed banno potius subiaceant 1 Potestatis: [Et infra.] Statuerunt illi præterea, ut Clerici suis sumptibus Castrum Ripæ-Fractæ faciant custodiri: quod si renuerint, contra eos Potestas procedere teneatur: [Et infra.] Ideoque Fratemitati tuæ mandamus, quatenus in Consiliarios & Officiales civitatis ipsius, nisi statuta ipsa de Capitularibus suis deleri fecerint, & idonee, sicut exigit res caveri, quod similia de cetero non debeant attentare, excommunicationis sententiam promulgare procures. Ceterum 59 cùm idem Statutarii multa de bonis Ecclesiasticis tenere dicantur in feudum, ipsos fore nihilominus privatos feudis hujusmodi nunciare procures.

Qui nullum ad regimen civitatis suscipiet, nisi hoc se juraverit servaturum: & hoc etiam qualibet alia Potestate, que pro tempore fuerint successores suos jurare faciente iuradicta.

In iusta quod dicitur Consilium civitatis, que omnia Potestas que tunc præfati civitatis pro Monasterio se firmiter juraverunt firmavit. Cùm autem tota civitas Pifana, que alias Dei timorem tandiu abiecit, infesta jam errore, vel infestatione proxima, præsumatur, & tam Statutarios quam Potestatem eandem non sit dubium propter hoc excommunicationis sententiam, præter notam infamie, incurrisse.]

PITH. 58 Gravem, &c.] Petrus de Vincis, pag. 283. 438.

LIV. GREGORIUS IX. [c. an. 1236. Romæ.]

Alloquens excommunicatum intendentibus ad salutem anime, etiamsi alia verba interponat, excommunicatus non est.

Um voluntate 59 ac proposito maleficia distinguuntur, n. Vide B. Th. in questionibus. addit ad 3. art. q. 23. art. 1. & citatos in c. A nobis. sup. de except. stor. Scotie. lib. 19. cap. 3.

Prædicatores, præsertim qui aliis sustentari non possunt, ab excommunicatis & detinentibus bona aliena, elemosynam recipere possunt. Hoc dicit.

1. Prædicatores quoque, qui penes excommunicatos vel alios alienarum rerum detentores, in prædicationibus & confessionibus, quasi gerunt causam (vel o. suram) 60 Hac duo eorum, ad quos res ipsæ spectare noscuntur, elemosynas curam, vel licite possunt ab illis recipere, præsertim si aliis non valearit in illo loco sustentationem habere.

Ponit quosdam castes, in quibus percussus Clericum excommunicatus non est.

2. Si qui verò ratione officii quod in Ecclesia obtinent, aut etiam alii Clerici seniores zelo devotionis, pueros vel adolescentes in minoribus Ordinibus constitutos, turbantes divinum Officium, & hi qui obtentu prælationis vel magisterii subditos & scholares correctionis causa leviter forte percusserint, excommunicationis sententiam non incurunt. Quod & de his dicendum est, qui aliquos de familia sua vel propinquos inferiorum graduum simili modo ut cohæbantur à suis insolentibus, & scientiâ bonique moribus informetur, duxerint corrigendos.

LIV. IDEM Astoricens. Episcopo. [c. an. 1236. Romā in Hispaniam.]

Communicans excommunicato in crimine damnabili, incidit in excommunicationem majorem.

Si concubina 61 publice Clericorum Ecclesiasticæ censuræ 62 Videt. Conc. districtione notentur, eisdem concubinaris non est du. Trid. sess. 25. bium sententiæ majoris excommunicationis involvi, qui 14. Vide Co. post latam sententiam communicant in eodem crimine cit. Alina Mater. de Sent. exc. lib. 6. p. 1.

Excommunicatus minori potest ab excommunicatione alii 3. quem absolvere.

Uobus 63 collata potestas ut a minori excommunicatione, 64 Vide Henric. si in ipsam incidierint, invicem se absolvant, utroque ric. Boich. ligato vinculo excommunicationis, hujusmodi non expirat. in cap. Si eor. re. sup. eod. dist. ult.

LVII. IDEM. [c. an. 1236. Romæ.]

Permittitur Ministris Ecclesiarum semel in hebdomada celebrare tempore interdicti, concurrentibus his quæ exprimuntur in textu.

Permittitur 65 Ecclesiarum Ministris semel in hebdomada, tempore interdicti, non pulsatis campanis, voce nisi VIII. in submissa, janus clausis, excommunicatis & interdictis ex. cap. ult. de claus. Missarum solemniam celebrare, causâ conficiendi lib. 6. §. Ad. Corpus Domini, quod deoedentibus in penitentia non necessitatis. & §. gatut.

PITH. 60 Permittimus, &c.] Matth. Paris. 304. 120. Joannes de Fordun. de gest. Scotor. De mandato Papæ in commemoratione animarum renovatur interdictum tam in Wallia quam in Anglia, ut Conventuales Ecclesie tam per Walliam, quam per Angliam semel in hebdomada possent celebrare, non canendo, sed legendo, clausis januis, & exclusis interdictis, anno 1207.

LVIII. IDEM. [c. an. 1231. Romæ.]

Satisfaciens Clerico, quem verberavit, non potest propter hoc ab Episcopo absolvi, nisi in certis casibus hic expressis.

Quamvis incidens in Canonem late sententiæ propter violentam manuum injectionem, iuxta proprias facultates eis satisfaciatur, quibus injurias irrogavit, non tamen aliter, quam per Sedem Apostolicam, vel ejus Legatum absolutionis potest beneficium obtinere: nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia aut inopia, puerilis vel senilis ætate, fragilitate sexus, seu aliâ corporis impotentia, sive quolibet impedimento Canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem possit adire: vel nisi juris beneficio à labore hujusmodi excusetur. Ceterum quibusdam prædictorum, videlicet qui temporalis impedimento laborant, exceptis pueris, sub debito juramento (quod secundum Ecclesie formam præstare tenentur) confitevit injungi, ut impedimento cessante, ad Apostolicam Sedem accedant, mandatum ipsius humiliter suscepturi.